

vocato quoque Procuratore, quem suo officio fungi permittat: nec ita se gerat, ut is nomen tantum nomen habere videatur. in celebrandis contractibus, siue publicis, siue privatis, ne nimium tuæ prudentiæ fidat: & si quidem perpetui sunt; Consultores prius audiat, quam tuam obliget fidem: eisque fideliter, atque distinctè conditiones omnes contractus exponat, concessio etiam ad deliberandum tempore aliquo, & expectato Provincialis responso. quæ & in rebus maioris momenti ratificationem Proposito Generali reseruet: nec illam temerè promittat, sed clarè significet suspensum manere contractum, donec obtenta fuerit: et ubi celebrati fuerint; eorum instrumenta ad libitè transmittat.

¶ Vnum restat, in quo penè sunt omnia, quam accuratissime singulis mentibus datis, & accepti rationes à Procuratore exigat, ex reg. sui officij. §. 7. examinet singula, an plus aruit, piscium, ceterarumque rerum illo mente consumptum sit, quam usus ferat: certis temporibus nomina debitorum inspiciat, et videat, an morosi sint ipsi in solvendo, an Procurator in exigendo: intelligat quantum vitici, vini, olei consumptum sit: neque omnia examinanda ad finem anni reseruet. Denique antequam officio defungatur, exactissime rationem administrationis suæ successori reddat, & scripto consignet: eo modo, quo supra cum ageretur de Provinciali, ab ipso exigendam esse in visitatione declaratum est. Ord. Gen. Congregat. Urbana d. 60. §. 4.

## Pro Procuratore

Procuratoris munus quinque ferè capitibus definitur. Primo, ut bona, ac iura Collegij conserventur: secundo, ut reditus ne decrescant, sed potius augeantur. Tertio, ut quæ Collegio debentur, summa diligentia exigantur, & omnia necessaria opportunè comparantur: quarto, ut res, & pecunia rectè dispensentur. Quinto, ut dati, & accepti ratio semper constare possit. Ex quibus in primis apparet huius muneris esse destinandum hominem valde prudentem, peritum, & fidem, nullaq; alia occupatione, qua suum munus impediatur, implicitum.

¶ Iam quod ad primum caput pertinet, non solum in Archivio Instrumenta originalia & tituli, quibus constat de iure bonorum omnium, et dicitur Reg. 19. & secusim hæc eadè instrumenta manu Notarij subscripta habeantur, et reg. 20. sed præterea Procurator librum habeat, cuius meminit reg. 21. in quo singillatim descripta sint omnia bona stabilia, qualia sunt prædia, domus, & quæ stabilia, hoc est census, loca montium, canones, uno verbo, iura ad annuos reditus: ac de singulis hæc omnia generatim notari oportebit, quo tempore ad Collegium pervenerint, vel acquisita fuerint, quo titulo, donatione, an hereditate, an legato, an emptione, &c. quo loco posita sint, qui eorum fines, quanti aestimentur, quos reditus pariant: num aliquod onus annexum habeant, & quale.